Popielowa Kopystynskiem cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Nobilis Marina Popielowna olim Nobilis Demetrij Leszkowicz Popiel cum olim Nobili Fenna Kirnicka procreata filia Nobilis v[er]o Iwan Czarnolozki Popiel consors legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et consensu ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competen[tibus] recedendo, Praesenti v[er]o Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum huiusmodi se simul cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa vigore Iuris sui successionis naturalis de Iure suo infrascripto videlicet De summa Trecentorum florenorum Polonicalium se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis suae de bonis paternis et Maternis legitime inter alias sui Recognoscentis sorores germanas concernen[tis] Tum de bonis infrascriptis videlicet Cztery Pola dictis Stryczyna y Welikoho Iwana sia now[e] puz et sylvis Zbiercia dictis, alijsq[ue] ad eadem bona pertinentijs et adiacentijs sibi Recognoscenti per successores olim Nobilis Theodori Popiel Leszkowicz fratris sui germani, quem onus soluen[di] eiusdem Dotis sua ex bonis suprascriptis stringebat in possessionem sui Recognoscentis in summa praefata Trecentorum floren[orum] Polon[icalium] demissis, et per se centis in summa praefata Recognoscentem huiusq[ue] possessis, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaq[ue] et praerogatiua quauis omnibusq[ue] et singulis fenorum praefatorum sibi Recognoscenti in summa praefata Dotis Trecentorum polon[icalium] floren[orum] dimissorum vtilitatibus, fructibus, prouentibus redditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus, attinentijsq[ue] et pertinen[tiis] generaliter vniversis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesen[ti] resignata

et abrenunciata

et abrenunciata ipsamet Regni tenuit, habuit, et possidebat, ipsi concernebant, ac eidem legitima serviebant. Idem exnunc et de facto Gnoso Alexandro Kopystynski, euisque posteris (acceptata a se pro praemissis omnibus ut pote summa eiusdem Trecentorum Polonicalium Florenorum se Recognoscens in vim Dotis concernente plenaria satisfactione) cessit, et condescendit, Bonisque eisdem suprascriptis et alijs quibusuis Paternis et maternis in vim dotis se concernentibus in manus eiusdem Gnosi Kopystynski abrenunciavit, prout cedit, condescendit et abrenunciat praesenti. omneque et integrum Ius suum totum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Kopystynski Cessionarij sui euisque posterorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat praesenti. In quod quidem Ius praesens cessum, summam, ac bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem transfusa, haec eadem Recognoscens nobilis Marina Popielowna praefato Gnoso Kopystynski Cessionario suo, euisque posteris iam exnunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit Officiose accipiendam, Per ipsum Gnosum Kopystynski Cessionarium suum et ipsius posteros hoc idem Ius praesens cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia per praesentes transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus Competentiaque et pertinentijs quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumque successorum quosuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque Cessi et transfusi vigore. Debetque et tenebitur, memorata Recognoscens Nobilis Marina Popielowna prout se ac suos successores, sic et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusuis pecuniarijs habitis et habendis ipsa

604

to Gn[er]oso Alexandro Kopyszynski Cessionario suo inscribit et obligat ipsum
ipsumq[ue] et eius successores in dicto Iure Cesso summa ac bonis summa eadem
oneratis p[rae]missisq[ue] omnibus p[rae]tensibus transfusis, et ratione eorund[em]
omnium p[rae]ten[sorum] abcessorum ab omni et quavis impetitione iuridica
quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus Ch-
ristianis existen[tium], ex re, persona, et occasione sui Recognoscentis et
suorum successorum Iurisq[ue] p[rae]ten[sa] cessi, tantummodo et non ul-
tra exorien[tibus], in omni Iudicio et Officio Regni, temporibus quo-
ties opus fuerint, tueri, defendere, evincere, intercedere et liberare,
indemnemq[ue] cum p[rae]teritis reddere, nec non hoc idem Ius p[rae]tensum Ces-
sum summam ac bona summa eadem onerata p[rae]missaq[ue]
omnia p[rae]ten[sa] transfusa, ab omnibus in genere Iuribus, et In-
scriptionibus prioribus et posterioribus super eadem p[rae]missa cuncta
p[rae]ten[sa] condescensa cuius personarum, modo quocunq[ue] ex re per-
sona et occasione sui Recognoscentis suorumq[ue] successorum tan-
tummodo et non ultra factis et faciendis, item etiam a quibusvis
Citationibus super eadem p[rae]missa omnia per p[rae]tendentes importatis
et importan[dis], Lucris denique et Perlucris, Processibus Iuris quoque
in quocunq[ue] puncto et gradu Iuris dependen[tibus], et in quovis Iudicio et
Officio Regni obtentis et obtinen[dis], ac super p[rae]missis omnibus p[rae]ten[sis]
transfusis, iisdem ex re persona et occasione sui Recognoscentis su-
orumq[ue] successorum tantummodo et non ultra perductis et perducen[dis],
emundare et liberare, mundaq[ue] et libera semper facere, ac etiam In-
tromissionem p[rae]fatam coram Officio p[rae]senti admissam in fundo bo-
norum p[rae]fatorum summa eadem p[rae]ten[sa] abcessa oneratorum dum
per Ministeriales et Nobiles Duos Officio requiretur non dene-
gare, imo debebit et tenebitur eandem liberae dare, et effectualiter admit-
tere, dataq[ue] et admissa eadem possessionem et Transfusionem p[rae]missa-
rum omnium p[rae]ten[sarum] transfusorum, quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas non p[rae]pedire

nec

nec adimere, ipsumq Cessionarium suum, et eius successores in praemissis omnibus praesentis condescensis nullo modo iniuriari, ita ut is idem Cessionarius suus cum suis posteris hoc idem Ius praesenti Cessum, Summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesenti cessa, cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus, Competentiaque ex praerogativa quavis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariae vigore tenere, habere, et possidere queat, ilboque usufrui possit, Idque sub Vadio summae Trecentorum florenorum polon per eandem Recognoscentem sive eius posteros praedenominato Cessionario suo et illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit de soluendo succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso de soluendo succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complend Citata existens memorata Recognoscens Nobilis Marina Popelowna olim Nobilis Demetrij Leshowicz Popiel ex uxore Nobili Henna Kornicha procreata filia Nobilis vero Iwan Czarnohorie Popiel Consors legitima sive eius successores ad Instantiam praefati Generosi Alexandri Kopystynski Cessionarij sui vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitan. Premislien. ex tunc vice supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, vadium praetactum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesenti, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusque terminos, semper peremptorios, vera Infirmitate, praemaioris minorenitate succesorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem plenariam extra proximos Officij praedfati Castrensis Capitan. Premislien. dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes neca

nuns

canem protestationes faciendo, promissaq́ omnia pdnis simplici-
bus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, Datalijs Juris p-
scriptione terrestri bello conventioneq́, ac alijs omnibus Juris re-
mediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis
evadendo. Hac sua ptem personali Regnitione ad pmissa oia mediante.

Popiel Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capi-
tan Praemislien Nobilis Iwan Czarnoliozicki Popiel olim Nobilis Iwani
Popiel Czarnoliozicki filius cum olim Nobili Anna Bereznicka
procreatus, sanus mente et corpore existens, à Terris, Distri-
ctibus, Iuribus, Iurisdictionibusq́ suis quibusvis proprijs et com-
peten recedendo, Praesenti vo Castrensi Capitaneali Praemislien
Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, sequens successoribus ac
bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atq́ subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit.
Quia ipse Nobili Marthae seu Marinae, Nobilis olim Demetrij Po-
piel filiae eiusq́ posteris ad priorem et Originalem summam Cen-
tum florenorum polonicalium ratione dotis, et alteram similem
ratione dotalitij, per se Recognoscen Iure Reformatorio coram
Actis praesen inscriptam et super medietate bonorum suorum ad
solvend assecuratam, Aliam quoq́ summam Ducentorum flore-
norum Polonicalium ratione Dotis et expeditionis post eand
consortem acceptae, ac in domum suam importatae; huic et simi-
lem huic summam Ducentorum florenorum Polonicalium ra-
tione Dotalitij adiungit, adscribit, et asserit, ut utramq́ sum-
mam Dotis Trecentorum florenorum Polonicalium Dotalitijq́ si-
milem Trecentorum florenorum Polonicalium connexit, sicut
summae Dotis summam Trecentorum florenorum Polonicalium do-
talitij vero similem summam Trecentorum florenorum Polonica-
lium efficiat. Quam summam suprascriptam Dotis et Dotalitij,

in et sup